

nocturnis illusiones esse sanctas cogitationes et orationes, ut quis titus exitum illas animo verset, illique indormiat; illæ enim quasi vigiles septium implentque mentem, ne sopita diabolicis illusionibus pateat. Hoc remedium suggerit S. Bernardus tract. *De Vita solitaria*.

De tertio ait: «*Evigilans loquere cum eis*;» Hebraice, cum evigilaveris, ipsa (lex) te alloquetur. Sic et Septuaginta. Syrus vero, et quando excitatus fueris, hæc tibi sint prædicationis; Chaldeus, si evigilaveris, ipsa sint locutio tua. Significat ita assidue mente revolvendam esse legem, ut ipsa et dormienti et evigilanti prima occurrat; ex primordiis enim cogitationum mane pendunt et derivantur cogitationes totius diei. Unde diabolus id sciens vigilanti conatur objicere primo cogitationes fœdæ, mundanas et vanas, ut ex Climacho superiorum dixi; vide et dicta *Deuter. vi*, vers. 8. Sensus ergo omnium est, q. d. Ambulans, sedens, curans, surgens, aut aliud quidvis agens, semper legem Dei animo pertractes, assidueque in illa meditare. Ita Polychronus in *Catena Grec.*: «*Sensus, inquit, est, quodcumque aliquid meditaberis, aut loqueris, aut operaberis, omnia semper secundum legem a Christo præfinitam facito et operare*. Ambulationis enim vox horum omnium vim et rationem in se continet. Qui enim legis mysteria studiosè rimatur, universam legem lumen quoddam esse deprehendit.» Est prosopopœia; nam sapientia, sive disciplina et lex, inducitur ut persona sui studiosum comitans, deducens, protegens, viam præluens, deque omnibus admonens et præmonens.

Anagoge Bedæ et R. Salomon: Cum ambulaveris, inquit, id est cum vitam deges, lex tecum gradietur, id est tecum assuescet, teque deducet; cum dormieris, id est cum in sepulcro reconditus fueris, custodiet te; cum exsepelietus fueris, te alloquetur, id est, quando mortui ad vitam revocabuntur, ut iudicium subeant, sacra lex te alloquetur, id est patrocinium tuum suscipiet.

Denique huic sententiæ similis est illa cap. iii, 21: «*Custodi legem, etc.*, tunc ambulabis fidei aliter in via tua, et pes tuus non impinget; si dormieris, non timebis.» Vide ibi dicta.

23. QUIA MANANTUR LUCERNA EST, ET LEX LUX, ET VIA VITÆ INCREPATIO DISCIPLINÆ. — Septuaginta, quia lucerna mandatur legis, et lumen via vitæ, et correptio et disciplina; Aquila, Symmachus et Theodotus, increpationis disciplina; Syrus, increpationis et eruditio. Dat causam cur tam studiosè amplectenda sit lex et disciplina, curque eam ita commendat et inculcat, nimirum eo quod ipsa sit lucerna præfrens, illuminans et dirigens omnes actus nostros ad virtutem et felicitatem. Quare eadem est lux pellens ignorantie tenebras, et demonstrans quid faciendum sit, sicut lux demonstrat qua sit eundem, juxta illud *Psal. xviii*, 9: «*Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.*» Nec tantum lux est, sed et «*via vitæ*,» id est via

ad vitam. Nam «*increpationis disciplina*,» vel eruditionis, est increpationis redarguens et castigans pravos hominum mores; quæ non est aliud quam lex nos increpans et castigans, aut humana patris et Superioris redargutio juxta Dei legem, q. d. Si huic meæ disciplinæ et legi Dei parueris, per obedientiam hanc quasi viam, pervenies ad vitam longævam et felicem in hoc sæculo, ac ad eternam et felicissimam in futuro. Id innuit Hebræum *לְרַחֵם* *thora*, id est lex, quæ vox deducitur a *רָחַם* *thara*, id est sagitare, emittere jaculum vel spiculum. Sic enim pater vel Superior quæ legis est custos, sua increpatione et castigatione quasi spiculo et stimulo legem imprimi subditis, juxta illud *Ecclesiaste xii*, versu 9: «*Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum dixi, quæ per magistrorum consilium dala sunt a pastore ino.*»

Alludit, imo citat Salomon illud Davidis patris sui *Psal. cxviii*, vers. 103: «*Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.*» Ibi S. Augustinus censet esse repetitionem: posteriori enim membro idem dicit et repeti, quod dictum est priori, ut idem sit «*lucerna*,» quod «*lumen*;» et «*semite*,» quod «*pedes*.» Idem enim verbum, id est mandatum Dei, dicitur esse «*lucerna pedibus*, et lumen semitis;» lucerna enim dicitur a luce, quia lucem suam per lumen diffundit et spargit. Eleganter ergo, rhythmici et varie synonymiæ causa, mandatum, sive lex, dicitur «*lucerna et lux*.» Lucerna, quia, ut ait S. Ambrosius in *Psal. cxviii*, vers. 103: «*Nobis in hac mundi nocte præluet, ne, sicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus vestigiis, et viam veram invenire nequeamus.*» Lux, quia per diem ambulantis viam, virtutis præmonstrat. Ita S. Hilarius in eundem *Psal. cxviii*, vers. 103: «*Scit, ait, se nisi in verbo Dei illuminatum has corporum tenebras, et hanc sæculi noctem ferre non posse. Scit ubique adesce lapides offensionum, laqueos funium, scrobes fovearum. Ut enim quæ nocte egressus lucernam antefert, et quo pedem infert contuetur, atque ad singulos gressus lumen præconite sollicitus est: ita unusquisque nostrum manens in se verbum Dei, in omnes operum processus tanquam lucernam prætenedit. Omnis enim doctrina celestis dux rebus ad iter vitæ est, quæ lucernæ modo in hac nocte sæculi præferenda est, cum aliquid utamur agimus, aut cogitamus, aut loquimur.» Et inferius: «*Ad omnem igitur animæ nostræ pedem utamur Dei verbo ut lucerna, sed lucerna semper ardente, semper in officium suum per nostram prudentiam preparata. Verbum autem, quod pedibus lucerna est, ipsum illud et semitis lumen est. Sensus enim et domesticæ ingredientibus lucerna opus est, peregrinum autem et publicum iter ingredientibus lumen potius necessarium est, ne latro insidietur, ne ambigue viæ error occurrat. Per incrementa enim a minori ad majus acceditur, ut ei quo verbum**

Dei primum lucerna sit pedibus, id ipsum verbum ei fiat lumen in semitis.»

Sic et S. Hieronymus ibidem. Et Cassiodorus: «*Idem verbum, ait, est lucerna pedibus in nocte diversis offensionibus irrelita, et lumen semitis; per ipsum siquidem, dum ad vitæ bonæ cursum instrumitur, clarificat corde directis gressibus ambulamus.*» Quin et Baruch, cap. iv, 2, loquens de lege datæ Judæis, illi dat lumen et splendorem: «*Convertera, inquit, Jacob, et apprehende eam; ambula per viam ad splendorem ejus contra lumen ejus.*»

Hujus lucernæ symbolum est gemma diæta lychenis, vel lychenites, id est lucernula, vel lucernalis. «*Lychenis, inquit Isidorus, lib. XVI Origin. cap. xv, ex genere ardentium lapillorum est, appellata a lucernarum fragrantia: gignitur in multis locis, sed quæ Indos præbentissima. Est hujus duplex species, una quæ purpura radiat, altera quæ cocti rubore; sculpturis resistit.*» Sic clara et ardens est sapientia et lex, et tam celestis purpura radians, et tam cocti rubore accensa. Eadem omnibus fortunæ telis resistit, nusquam se deformari patiens. Ita noster Causinus, lib. XI *Parab. histor. cap. xliii*.

Mystice S. Ambrosius in *Psal. cxviii*: *Lex, inquit, imperfectis est lucerna, eadem perfectis est lux et sol, quia imperfectis radiora, perfectis sublimiora ostendit.* «*Mihi lucerna est, ait S. Ambrosius, Angelus lux est. Petro lux erat, quando astitit ei Angelus in carcere, et lumen refulsit ei. Paulo lux erat, quando eundem ad persequendum populum Christianum, circumfalsit eum lux de caelo, et audivit dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Et mox: Oleum tuum humilitas est, quo cervicis nostræ dura mollescent. Oleum tuum misericordia tua est, quo etiam collisæ seopulis peccatorum foverentur corpora.*» Et sub finem: «*Pedibus, ait, lucerna satis ad ambulandum, sed semitis non satis est ad illuminandum; idem verbum tamen et pedibus lucerna est, et semitis lux est, quia idem unigenitus Dei Filius et delinquentibus advocatus, et remunerator est fortibus; peccatorum remissor, præmium largitor. Itaque cui lucerna fuerit verbum Dei, huic quocumque pergat, lucent semite, sicut lucebat sancto David, et ideo quasi in lumine ambulans dicit: Juravi et statui custodire judicia justitiæ tuæ.*»

Secundo, S. Basilus et Theodoretus in eundem vers. 103 *Psal. cxviii*: *Lex vetus, inquit, fuit lucerna, quia unam gentem illuminavit. Unde et Joannes Baptista, qui fuit terminus legis, dicitur est «*lucerna ardens et lucens.*» Evangelium vero est lumen, quia totum orbem illuminat; hinc Christus fuit sol justitiæ, et Apostoli lux mundi.*

Tertio, S. Augustinus in eundem psalium: *Verbum increatum, inquit, est lumen, imo lux; verbum creatum est lucerna.*

Quarto, alii: *Lex, inquit, justis vestea casuris*

et reprobandis præluet ut lucerna ad medicum tempus; nam mox exstinguitur: justis vero perseverantibus et salvandis præluet ut lux solis, quæ semper sui similis permanet. Alii aliter, quæ omnia strictim, sed exacte more suo complexus est noster Lorinus: *Lucerna manas, inquit, ad dispellendas noctis tenebras magis videtur pertinere, luminis ad ambulandum de die.*

Quod per mysticum sensum referri potest ad res adversas et prosperas, ad præcepta et consilia, ad legem veterem, quæ præcessit solem novam, et ad ipsam novam; ad Judæorum sub modo lucernam, et ad Gentilium fideiorem super candlebram; ad exemplorum propositionem, et ad præcepta vivendi, quæ per illa comprobantur et illustrantur; ad inæqualitatem in diversis gratiæ luminis, sicut est quocumque gloria; ad exiguum et subobscurum lumen viæ, et ad claritatem patriæ; ad lumen pedibus predicatoris necessarium, et ad singulas ejusdem, vel aliorum privatorum actiones eodem dirigendas; ad Christi divinitatem velut in latera inclusam, seu in festæ Gedeonica lagena, *Judic. cap. vii*, vers. 16, vel in cardela sive teda, face, cereo, et ad eandem secundum se, atque ut a Patre luminum procedentem.

Et lex lux, — tum quia lex clara est et lucida intellectui, tum potius quia lex intellecta et cognita dirigit hominem in operando. Perperam ergo ex hoc loco heretici colligere contendunt, quod S. Scriptura tota sit clara et legenti perspicua. Neo enim omnis S. Scriptura est lex, cum præter leges contineat historias, prophetias multaque alia. Nec rursus omnis lex per se, nisi explicetur, est cui libet clara et perspicua; unde non solum Christiani, sed et Judæi suos habebant scribas et doctores, qui eam populo explanarent. Nota elegantem aptamque allusionem inter *lex* et *lux*. Similis paranomasia est in vocibus Hebræis *לְרַחֵם thora*, id est lex, et *רָחַם thora*, id est lux. Lex enim dicitur *thora* *לְרַחֵם thora*, id est docuit: docet enim et illuminat subditos circa ea quæ agenda sunt. Sic lex *græco* dicitur *νόμος a νόμος*, id est pascere et instruere, ut notat noster Azorius, Part. I, lib. V, cap. 1, quæstio 1, et Salas, Part. II, tract. xxv, disput. 1, sect. 3, num. 8. Hinc et juxta Isidorum, lib. II *Etymol. cap. x*, lex dicitur a *legendo*, eo quod edatur et scribitur ut legi possit, vel ut sapienter legatur ad instructionem et illustrationem mentium, juxta illud *Psal. xviii*: «*Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.*» Cicero vero, lib. I *De Legibus*, legem derivat a *do ligendo*, eo quod lex doceat quemam diligenda et eligenda sint. Sic et Dominicus Soto, lib. I *De Justit. Quest. I*, art. 1. Cæterum, D. Thomas I II, *Quæst. XC*, art. 1, legem derivat a *ligando*, quod homines liget et obliget ad aliquid præstandum vel omitendum. Unde et lex dicitur *jugum* vel *vinculum*, juxta illud *Psal. ii*: «*Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.*»

Lex ergo est lux, quia ipsa est radius lucis aeternae manans a sole increato, qui est ipse Deus. Lex enim creata est participatio legis aeternae et increatae, quae est in mente Dei, quam Deus hominibus indidit ad recte, sancte et feliciter vivendum, juxta illud Psal. IV. : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. » Hominibus dico, sed praesertim principibus et magistratibus, tum secularibus, tum Ecclesiasticis. Horum enim officium est legem Dei populo proponere, tueri et vindicare, et per poenas et premia populum cogere ad illam observandam; quin et leges humanas condere, quae juvent ad legis divinae custodiam. Quare ipsi populo sunt animata et viva lex, praecipue cum ipsi primi legem observant, populoque viam obedientiae et virtutis praebent.

Hae de causa olim quinque Patriarchis, qui ut dignitate, ita sapientia et sanctitate ceteris antecellere debent, puta Romano, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano, ac ipsi Imperatori praeferi solet lampas, teste Theodoro Balsamone in *Melate*, sive disceptatione de hoc ritu, et Europolitae *De Officiis Ecclesiae et aulae Constantinopolitanae*, cap. VI. num. 37, quem audi : « Imperator, ait, crucem in dextra semper portat; in sinistra vero involucrem codicis simile, ligatum mantili, habetque intus cavatam, et vocatur Acania (id est sine malitia, innocentia), quasi dicat illud: Imperatorem humilem esse ut mortalem, neque propter imperii sublimitatem efferi, neque insolenter se jactare. Per mantile significatur inconsistentia ejusdem imperii, et mos ab uno ad alium transeundi. Lampadem praefertur Imperatori propter illud Christi dictum : Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. » Porro lampadis hujus supremas partes, ut idem ait num. 7, sanctis crucibus coccineis, cinnabari et bractea erant ornatae. Insuper Patriarcha in festo Epiphaniae lampadem dabat Imperatori, ut idem ait cap. VIII, num. 3 : « Palmarum festo nihil aliud fert, nisi stemma et sacrum, dextra portans crucem, sinistra mantile cum acaia, ut moris est, et lampadem. » Idem eum facere feria quinta magna hebdomadae et in Paschae narrat in sequentibus. Sic et olim regibus Chaldaeorum et Persarum ignis praeferebatur, ut dixi Jerem. I, 13.

24. UT CUSTODIANT TE A MULIERE MALA, ET A BLANDA LINGUA (Hebraeus et Chaldaeus, *de lemitate*; Syrus, *de criminatione*) EXTRANEAE. — Hae verba pendunt a praecedentibus, finemque et usum legis ac disciplinae significant, *q. d.* Gradiantur tecum lex, quae est lux, ac increpato disciplinae, ac custodiunt te a muliere mala, id est, ut Symmachus, a *meretrice*; Aquila, *a muliere soldatis tui*. Meretrix enim mala, uno pessima, est mulier, sive species militum fornicationis, sive impudentiae, sive rixarum, sive consumptionis opum, sive damnorum

omnium. Eadem vocatur *extranea*, quia non est uxor propria, sed vaga, et commune omnium prostibulum, imo non raro alterius viri uxor, ideoque adultera. Unde Septuaginta vertunt, *corruptio et disciplina ad conservandam te a muliere nupta, et a circumstantia aliena*. Identidem redit et inculcat fugam fornicationis, meretricis et adulterae, quia hic est laqueus, quem daemon tendit omni hominum generi, praesertim juventuti, eoque majorem hominum partem capit, illaqueat, demorat et occidit. Nihil ergo ita contrarium sapientiae et virtuti, ut Venus et meretrix. Vide dicta cap. II, vers. 16, et cap. V, vers. 3.

25. NON CONCUPISCAT VULNERITUDINEM EUS COR TUUM, NEC CAPIARIS NUTRIS ILLIUS. — Nota est concupiscat; inde enim liquet contra Pharisaeos et Habbinos nonnullos, lege veteri non solum veritum fuisse opus externum fornicationis, sed et internam ejus concupiscentiam ab opere semotam; illa enim prohibita est nono et decimo Decalogi precepto : « Non concupisces. » Ita enim contra eos hoc preceptum explicat Chrysostomus : « Omnis qui videtur mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est eam in corde suo. » *Math.* V, 28. Vide dicta *Roman.* VII, 7. Unde Septuaginta vertunt, *non te vincat forma concupiscentiae*; Hieronymus in XXVII *Ezech.*, *non te decipiat pulchritudinis desiderium, ne capiaris oculis tuis*; Aquila, Symmachus et Theodotus clare, *ne concupiscas pulchritudinem ejus in corde tuo*. Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 83 *De Temp.* : « Prima adulterii oculorum tela sunt, secunda verborum; nihil enim illecebrosius est formoso vultu composito habitu mulieris. Unde S. Ambrosius, lib. I *De Penitent.*, cap. XIV : « Ne te vincat, inquit, concupiscentia formae. Si non vis vinci, non congregiare, ne de te vitia coronentur. » Idem lib. I *De Abel et Cain*, cap. V : « Ne vincat te formae desiderium, adulterina est, fucis illita, nequaquam sincero fulgens decore. » S. Chrysostomus, homilia 3 *De verbis Isaiae*, legit : « Ne cognoscas pulchritudinem alienam; » sicque exponit, *q. d.* Ne studio animadvertas, ne curiosus intueare, ne vitiosae contemplationis immereris, quae ab animo corrupta et concupiscentia proficitur. Sed quid (inquit aliquis) mali hinc possit oriri? ex hoc amor velut ignis excitatur. Ut enim : « nis ubi fenum aliquod arripuerit nihil moratur, sed simul ut attingit materiam lucidam, accendit flammam : itidem et ignis concupiscentiae, quae est in nobis, simul aliquae per oculorum intuitum elegantem ac venustam attingit formam, proinde exurit animam. » Unde concludit Chrysostomus : Proinde ne species temporaneam illam, quae ex aspectu pronoscitur, voluptatem : nam illa inflicto vulnere plerumque celeriter avolat, at vulnus non avolat, sed plerumque manet et interficet. Et quemadmodum cervae confixa jaculo in vitali corporis parte, etiam si venatorum effugerit manus, nihil inde fert interni : sic et anima accepto concupiscentiae jaculo

lascivo curiosoque aspectu, etiamsi cum jaculo permittitur abire sine opere, tamen ipse per se corrumpitur ac perit. »

Salomonem secutus Siraecides, cap. XXV, 28 : « Ne respicias, ait, in mulieris speciem, et non concupisces mulierem in specie. » Ubi multa haec de re dixi, *sermo ad huc cap. V, vers. 3 et 4; quare hic plura non addam*. Remedium est avertere oculos, ne videant vanitatem et vanam pulchritudinem mulieris, ac dicere cum S. Job, cap. XXXI, 1 : « Pappi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. » Si inadvertenti illa objiciatur, illico ad se mens oculos revocet, ac inter alia cogitet speciosam mulierem non esse aliud quam sepulchrum dealbatum, foris speciosum, intus sordibus deformem et abominatione plenum. Quaevis Religiosus ille in *Vitis Patr.*, lib. V, libello 3 *de Fornicat.* num. 24, cum memoria ejusdem pulchrae mulieris illi recurreret, illumque affligeret, irat ad sepulchrum ejus (erat enim jam mortua), ne crurorem pulchritudinis ejus mire latentem admoveas naribus : « Ecce, inquit, desiderium quod quaerebas, satiare eo ego; » itaque ardorem concupiscentiae festoore gravolentiae restinxit.

NEC CAPIARIS NUTRIS ILLIUS. — Hebraice, et non capit ut pupillis suis; Septuaginta, *neque capiaris oculis tuis*, *neque abriparis ab ejus palpebris*; Pagninus, et non capit ut splendorem suum; Chaldaeus, *ne concipiat ut splendorem suum*. Hebraica vox *אֵפֶרֶת* *aphareth*, id est palpebris, geminata est a radice *אָפַר* *aph*, id est volavit, vibravit, celerissime movit et jacti, sicut sol celerissime vibrat radios, et sicut nubes vibrant fulgura. Simili enim modo volant palpebrae, et oculi in palpebris, quasi aviculae bellae in alis expansis, quae sui decore et specie rapiunt ad se inuentes. Sicut ergo lynx avicula, quae a colli versura verilla et torquilla dicitur, de qua Aristoteles, lib. II *De Histor. animal.* cap. XII, fertur inuentes in sui amorem rapere, et quasi demerere, teste Pierio, *Hierogl.* lib. XXV, cap. LI. Rursus sicut sol vibrat radios, itaque homines ad se rapit : sic mulier vibrat radios oculorum, quibus quot jactus, tot sagittas amoris jaculatur in aspicientes. Denique nutus icibus palpebrarum ejus sunt totidem fulgura, quibus perstringit oculos inuentium, et quasi obstupescit, ut ab eorum intuitu avelli, alioque se convertere nequeat, ut docet S. Ambrosius, lib. I *De Abel*, cap. IV. Iis ergo mulier cepit sapientissimam Salomonem, sanctissimum Davidem, fortissimum Sansonem : ut nemo sibi persuadeat se eos sustinere et eludere posse.

Audivi in Belgio matronam sapientem et sanctam momentem confessoriam, etiam Religiosos et sanctos, ut cavent sibi ab aspectu et colloquio feminarum penitentium. Quia, inquit, illa, adeo illicet sunt oculi earum, ut, si in virum quempiam illos defigant, illum sui amore plane illaqueat et irretiant. Addebat : Certa sum non esse virum adeo gravem et constantem, cui, si

fixe eum recipere per quadrantem intuita fuero, non persuaserim quicquid voluero.

Oculi ergo feminarum fascinum quoddam continent, quo fascinant et quasi retii illaqueant inuentes. Unde S. Ambrosius, lib. I *De Penitent.* cap. XIV, legens juxta Septuaginta : « Neque capiaris oculis tuis : ipsi, ait, nobis oculi retia sunt, et ideo scriptum est : Neque capiaris oculis tuis; ipsi ergo nobis tendunt retia, quibus involvitur et implicamur; ipsi nobis vincula nequimus, sicut legimus, quia vinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. » Et Inferius : « Multa retia tenduntur a diabolo, multa retia sunt; oculus meretricis laqueus amatorum est. » Hinc Syrus vertit, *ne sis proda venationis oculorum ejus, et palpebris suis captivum te faciat*. Salomonis succenturiatur Ben-Sira *alphabeto* 2, littera he : « Absconde, ait, oculos tuos a muliere grutesca, ne capiaris retii ejus, » id est forma et nutibus nequibus quae ejus; hoc enim est rete feminarum, quopotentissimos et sapientissimos quosque capiunt. Et littera tau : « Ve ei qui vadit post oculos suos, quos novit esse filios scortationum, » id est scortationi addictos!

Hanc gnomen apposito et eleganti araneae et muscae apologo, bellis dogmatibus decorato, illustrat Cyrillus, lib. I *Apolog. Moral.* cap. VI, cui titulus : *Vide pedem, cui tritibus, et in scurioribus dubia*. Sic enim ait : « Textori araneae retiaculum artis suae, musca volitans coram ea posita dixit : Ut quid concludis fallaci retii semilias liberioris naturae? quoniam juve usurpas publicum, et densis retiaculis aperitissimum claudis gradienti modum? At illa respondit : Nimirum naturae auctoritate haec facio, quia doctrix effocta, scholas meas in semitis maxime apertis extendo. Tunc musca subjunxit : Si illa est, disciplina tua regulas pande. Cui illa libenter manens : Sotio, inquit, quod mortalium vita non minus pendet ab oculorum rectitudine, quam a corde. Quod ut panderet quidem sapientia natura repleta, multum sibi invicem cor et oculum conformavit, videlicet in agillate motus, in copiositate spiritus, et in unitate conductus. Propter hoc maxima diligentia gubernandis adhibenda est oculis, ne, si erraveris, etiam perdas. Nunquam pariter ambos claudes, sed quiescenti uno vigilans alius te gubernet. Lucerna enim corporis tui est oculus tuus (*Math.* VI, 22), et ideo ambos una si clauderis, statim ductus in tenebras offendis illis confundentis. » Equitico deinde tria signum sapientiae ad oculum regae ac pedem regiam dignamata, sive regulas colligit. Prima est : « Omni custodia serva cor tuum, *Prov.* IV, 23, et diligentia vigili oculum tuum. Secunda, vide ut non sis prodiga de pedibus tuis : nunquam enim des aliquid simul pedes tuos, ne forte porrectis in malum, perditionis causa sis eorum. Pes enim sapientia est prudens, et fatuorum stolidus; *Eccle.* XXI, 25, *Prov.* IV, 23. Palpebrae igitur tuae praecedunt

gressus tuos, nec pes unquam duces oculos antecedit. *Tertio* autem finalis regula mea est, ut tibi semper plus times, ubi tibi plus arripit securitas: ac tibi minus speres, ubi epi plus apparet. Quod enim queres in certo, aliquando reperies in incerto; et quia dubitabis in solidis, hinc mirum in dehis tulus eris. Sapiens enim tunc et declinat: scilicet autem transit et confidit. Doceo igitur te quiescere, moneo te cum cautela procedere, et pedem tuum ad prævium passum tantum extendere. Confirmat deinde dicta infansio stolidæ muscæ exemplo et casu: « His, ait, cum admiratione auditis musca sic inquit: 'Certe valde magna sunt que instruis. Mox illa respondit: Verum est, si hæc facis; nam intellectus bonus omnibus facientibus eum. Musca deinde regularum et monitionis obliata, quietis impatiens et incauta, cum in araneæ laqueum incidisset, fraus cepit lamentari de iudice quod captam fraudulenta deciperet. Cui illa respondit: Arte capere pestilentem, puto non esse dolum frandis, sed diligentem equitatis. Olim dixi tibi quiesce, aut caute perge, et non audisti, fuscant ergo illi in malo tuo, quod neglexisti incauta bonum tuum. Et hoc dicto, damnavit eam.»

26. PRETIUM ENIM SCORTI VIX EST UNUS PANIS (S. Augustinus in omnibus facientibus eum. Musca deinde regularum et monitionis obliata, quietis impatiens et incauta, cum in araneæ laqueum incidisset, fraus cepit lamentari de iudice quod captam fraudulenta deciperet. Cui illa respondit: Arte capere pestilentem, puto non esse dolum frandis, sed diligentem equitatis. Olim dixi tibi quiesce, aut caute perge, et non audisti, fuscant ergo illi in malo tuo, quod neglexisti incauta bonum tuum. Et hoc dicto, damnavit eam.)

26. PRETIUM ENIM SCORTI VIX EST UNUS PANIS (S. Augustinus in omnibus facientibus eum. Musca deinde regularum et monitionis obliata, quietis impatiens et incauta, cum in araneæ laqueum incidisset, fraus cepit lamentari de iudice quod captam fraudulenta deciperet. Cui illa respondit: Arte capere pestilentem, puto non esse dolum frandis, sed diligentem equitatis. Olim dixi tibi quiesce, aut caute perge, et non audisti, fuscant ergo illi in malo tuo, quod neglexisti incauta bonum tuum. Et hoc dicto, damnavit eam.)

Secundo, Chaldaeus vertit, quia sermo meretricis similis est placenta panis, sed pretiosam viri ani-

(1) Ita hodierni ferre omnes, præter Ewaldum, qui Vulgate interpreti consenti.

ma venatur; Syrus, similis est enim meretrix torta panis, etc. q. d. Sicut aucupes et venatores per escam, puta per grana et frusta panis, venantur aves et feras: sic meretrix sermone blando et melleo velut placenta mellita tescat, venatur, caput et perdit animas virorum. Ita S. Cyrilianus, lib. I De Singul. clerici: « Quanti, ait, et quales Episcopi, Clerici simul et laici, post confessionum victoriarumque calcata certamina, post magnalia et signa noscuntur cum his omnibus naufragasse, cum volunt in navi fragili navigare. Quantos leones domuit una mulieris infirmitas delicata, que, cum sit vilis et misera, de magnis efficit prædam! quod Salomon loquitur dicens: Pretium mulieris tantum est unius panis; mulier autem pretiosas animas captat.»

Tertio et genuine, q. d. Res vilissima est scortum: pretium enim ejus vix est unius panis; si eam pretio aestimes, invenies eam vix uno pane licitari et estimari. Quod ergo hebraice est: Pro scorto usque ad frustum vel torta panis, sic expono: Pro scorto, id est, pretium scorti, usque, id est, summum est, pretium panis, ut, si pretium ejus extendas et exalles quoad potes, vix perventurum sit usque ad pretium panis. Hunc sensum poscit versio Vulgate et Septuaginta qui sic habent, pretium enim mulieris meretricis quantum est unius panis; mulier autem virorum pretiosas animas capit. Panem accipe non minutum convivii, qui singulis singulis apponitur, ideoque exigui est pretii, sed magnum famiile, qui nullis in locis plures peccat libras, ideoque majoris est pretii, ac saepe equat pretium scortationis.

Sensus ergo est, q. d. Scortum vilissimum capiti ten pretiosissimum, puta animam citi, tum quia eam dementat, tum quia eam gehenna ream facit. Salagit enim Salomon ostendere indignitatem scorti et scortationis ex ejus vilitate, que tamen rem pretiosissimam perdit, atque ejus oblectu adolescentem ab illa avocare. Ita S. Ambrosius in Apolog. Davidia, cap. III. « Vilis, ait tibi videtur mulier ad pretium, sed fortis est ad vitium, quia virorum pretiosos animas capit: quia nobiles virorum mentes ad eternam felicitatem a Deo creatas, Christi sanguine emptas, ad summe S. Trinitatis similitudinem effugias, donis gratie decoratas, ino Spiritus Sancti domos et templa, diabolo, peccato et gehenna mancipat. Anima viri dicitur pretiosa, inquit Aben-Ezra, quod a divina luce sumpta est. Est enim divina particula aure, ut ait Poeta, et quasi participatio divinitatis. Anima enim viri magis quam anima femine participat nobilitatem, dominium, sapientiam et eminentiam Dei ac divine mee Joseph

Porro pretium scorti accipi potest primo, per rivè quia scorta scortatione sunt vilissima, for hinc venerea putidissima, infamia famosissima, reconqualete diacissima, inopia sordidissima, qui enim est scortum nisi vilissimum veneris action bulum, publicum impudentis propudientem

ventus pestis; labra sordium, totius reipudice dedecus et probrum? Quare sapienter monet Maritialis:

Subdola famosa, moneo, fuge retia meretrice;
Abscondit spurcas hæc monumenta lapas.

Secundo, pretium scorti accipi potest metonymice pro pretio scortationis, sive congressus cum scorto; hoc enim parvum et vile esse solet, præsertim si meretrix sit publica et omnibus exposita, q. d. Disce ex vili libidinis pretio quam vili sit ipsa libido; communi enim hominum iudicio vili ei statutum est pretium. Qua de causa meretrices videmus esse pauperrimas, et communiter vix habere panem domi, quem comedant. Hinc etiam olim panis dabatur meretrici pro mercede fornicationis, ut patet ex Athenæo, lib. III; Idque significat hic Salomon, dicens: « Pretium scorti vix unius panis.» Ita Dionysius, Salazar et alii. Sane meretrix non meretur panem quem comedit, satiusque foret eam veneno emori, quam pane vesci, eoque vitam tam turpem et noxiam protrahere.

Symbolice et moraliter, « pretium meretricis vix est unius panis, » id est meretricis fornicationis turpido exiguo brevis et modica voluptatis pretio emittit. Ita Beda. « Recordare, ait, quia brevis voluptas est fornicationis, et perpetua pena fornicatoris. Sicut enim unus panis diurnum solum effugit esuriam, et nihilominus postmodum esurit qui comesto pane satur abcesserat: sic qui intrat ad scortum, ad horam quidem evaporat libidinem, sed post paululum ardentior redit. » Sic et S. Augustinus hom. 250 De Tempore: « Pretium meretricis, ait, vix dimidium panis, mulier autem pretiosam viri animam capit. Et quanta iniquitas, et quam lugenda perversitas! ita ut animam, quam Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque propter unius momenti delectationem libidinis, diabolo vendat. Vere enim nimium plangenda et misera conditio est, ubi cito preterit quod delectat, et per diabolum in cruce manet sine fine quod cruciat: sub momento enim libidinis impetus transit, et opprobrium infelicitatis anime permanet. »

Eadem habet tract. De Honest. mulier. cap. III. Quocirca S. Chrysostomus, homil. 29 ad Popul.: « Quid, ait, luxuria correptus a demoniaco differret? etc. Quo fit ut nunquam sit in se ipso, sed in sepulchris versetur. Sepulchra sunt meretricum diversoria, cum multo fetore, multa putredine sunt repleta. »

Mythice, hæc omnia que dicuntur de meretrice, mutato nomine applices hæresi et culvis concupiscentiæ. Hæc enim res vilissima est, et interim æternas animas pretiosas panis addit. Hæc ignis est, quo conflagant opes, fama, sanitas, vita, felicitas, æternitas. Idem monui cap. v.

27, 28 et 29. NUMQUID POTEST HOMO ABSCONDERE IGNEM IN SINU SUO, UT VESTIMENTA ILLIUS NON AR-

DEANT? (Aquila, Symmachus et Theodotus, nunquid subagrabit homo ignem in sinu suo, etc.) AUT ANBULARE SUPER PRUNAS (Syrus, super prunas et ignem), UT NON COMBURANTUR PLANTE EJUS? SIG QUI INGREDDITUR AD MULIEREM PROXIMI SUI (Septuaginta, ad mulierem proximi sui), NON ERIT NOMENS CUM TERIGERIT EAM. — Hinc sumpsit momentum suam Ben-Sira, alphab. 1, littera daletah: « Abstrahæ carmen tuam a muliere gratiosa, tanquam a carne prunarum, id est, tanquam a corpore vel acervo et congerie prunarum. Aut potius caro mulieris vocatur « caro prunarum, » quia instar prunarum rivales ejus accendit et adurit. Alludit ad nomen Hebræum mulieris, q. d. פְּרָנָה יִשְׁשָׁה, id est mulier, est UN ESCA, id est ignis, quia caro ejus non tam caro est, quam pruna arduentes: ipsa ergo est ignis carnis et caro ignis. Hæc facit emblemæ Amoris, quo pingitur ipse quasi tota cerea, que admoto igne torretur, remoto liquatur, subjecto hoc carmine quasi lemmate:

Proxima fax igni disrat, atque remota liquescit;
Ne proci ipse liquat, me prope torret Amor.

Jam difficile est parabola concinne adaptare postparabola. Quid enim habet usio sinus, vestitum et plantarum facta per ignem, cum immunditie facta per tactum et ingressum ad uxorem proximi (1)? Primo, S. Ambrosius pro ignem in sinu accipit cogitationem ardentis libidinis in sinu mentis, que instar ignis exurit, et exurendo denigrat totam animam et corpus. Sic enim scribit in Psal. 1: « Alligabit quis ignem in sinu, vestimenta autem ejus non comburentur? Etenim qui semel in sinu mentis flagitii flammam ferventis adoleverit, cito corporis sui vestimenta comburent. Et in stipulam ignis exsilientis inheret ac permanet, donec omne quod corripuit assumat: ita vel exigua scintilla peccati, si quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande excitat. Noli ergo stare in peccato. » Idem, lib. I De Penitent. cap. XIII: « Bonum, ait, est nubere quam uri; est enim flamma que interna urit. Unde hunc ignem non alligemus in sinu mentis et recessu pectoris, ne interioris nostri uram exuvias, et fœrens hoc nostre anime vestimentum, velamenque carnale edax libidinis flamma consumat; sed transeamus per ignem. Et si quis incidit in amoris incendium, transiit, et non alliget adulterium cupiditatem venulæ cogitationum, nullos sibi nodos assidue vix meditationis astringat, non intendat sepius in formam mulieris meretricis, nec adoles-

(1) Sicut ignem nemo illesus fovet in sinu, ita qui intus alit vitium libidinis flammam, vel ardentis illucis amoribus adultera fovet, haud incolumis evadit. Similis comparatio apud Ovidium, Remed. Amor. vers. 731 seqq.

Ut pene extinctum cinerem si sulfure tangas,
Vret, et e minimo maximas ignis erit:
Sic, nisi vitium quilibet recitat in sinu,
Flamma retardescit, quo modo nulli fuit.

cautela ad vultum juvenis oculos levat. Et si fortuito aspexit, et captus est; quanto magis capietur, si curiosa aspexerit?»

Et inferius remedium suggerens: « Verum esto, ait, incidit oculus, sed non intendat affectus. Vidit carnalis oculus, sed premat cordis oculus mentis verecundia. Et post nonnulla: « Et si vident caro ignem, non alligemus in sinu, hoc est in secreto mentis antiniquæ arcana. Non implicemus ignem hunc osefus, non ipsi nobis nodos injiciamus, non misceamus sermonem aliquem eum hujusmodi, unde exaestuet ignis. Adulterinus sermo juvenulae nodus adolescentium est: verba adolescentis vincula sunt amoris. Vidit hunc ignem Joseph, quod dicitur eum adulterii cupida mulier allocauta est; voluit eum capere sermone, nisi laqueos laborum suorum; sed pudicium virum ligare non potuit. Solvit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cautela, fidei custodia, castimonie disciplina. Capere igitur eum rebus suis impudica non potuit; misit manum et apprehendit vestem ejus, ut nodum stringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatum reia sunt, manus ejus amoris nodus est. Sed nec rebus capi potuit mens pudica, nec nodo: excussa veste, solutus est nodus; et ideo quia non alligavit ignem in sinu mentis suo, non combussit corpus suum. » Et cap. xiv docet, viro mulieris speciem plene animo esse excutendam. « Transiliamus ergo eam, ne nobis dicatur: « Transiliamus ergo eam, ne nobis dicatur: quoniam in igne flamma vestra, quam accendistis; quoniam sicut ille, qui alligat ignem in sinu, vestimenta comburet: sic qui ambulat per ignem, pedes comburant necesse est, quoniam scriptum est: Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autem non comburent? Gravis ignis est, et ideo non demus illi alimenta luxurie. Pascitur libido conciviis, nutitur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. Graviora his sunt fomenta verborum, qui vino quodam Sodomitane vilis mentem inebriant. » Idem in *Psal.* cxviii, octon. 1: « Quomodo, inquit, te in lupanali non vidit Christus, quando te vidit, qui adulterando in corde tuo te ipsum lupanar effecisti? »

Secundo, S. Augustinus, serm. 230 *De Tempore*, per ignem in sinu accipit aspectum libidinosum, speciem pulchre mulieris ardentem in oculis aspicientis, eosque sui amore incendentem. De oculis enim hisce sermo precessit: « Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nobis illius. » Hisdem ergo oculis hæc amenit S. Augustinus: « Quomodo enim, ait, si aliquis carbones ignis apprehendat, si eos cito projecerit, nihil nocebat; si vero diutius tenere voluerit, sine vulnere eos factare non poterit: ita et ille, qui ad concupiscendum oculos defixerit, et libidinis malum, in corde suscipiens, moras in suis cogitationibus habere permiserit, excutere a se sine anima occasione vel plaga non poterit? Et ideo cum Propheta jugiter clamamus:

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellat de laqueo pedes meos, » etc. Basilus vero, sive is Magnus sit, sive Seleucus, sive quis alius, in *Catena Hieronymi*, per ignem in sinu accipit sermonem obscenum: « Fovet, ait, ignem ille in sinu, illicque in eo, qui immundum sermonem avidè haurit, ut fedam cogitationem in corde suo immorari sinit. Ambulatur autem super incensos carbones, qui per opus peccati, ad consensum in peccatum animam suam perdit. »

Tertio, Chaldaeus, Hugo, Cajetanus, Dionysius, Jansenius, Baynus et alii passim hæc accipiunt de ipso adulterio; hoc enim esse irrem in sinu, qui totum corpus cum veste exurat. Ingressi enim ad uxorem proximi phrasæ Scripture idem est quod eam cognoscere, et eum ea adulterium committere. Sed non erit mundus applicat et explicat diversimode. Primo, Hugo et Cajetanus explicant de immunditie peccati et culpe, q. d. Sicut qui sinu gerit ignem, vestes adurit; et qui ambulat super carbones, plantas ustulat: sic qui uxorem proximi adulterio violat, igne libidinis conscientiam inurit, decolorat et maculat. Secundo, Jansenius et Baynus exponunt de immunditie famæ, puta de infamia, quam sibi conciscit adulter, q. d. Sicut ignis in sinu, et pruna calcante pedibus legi clarique nequeunt, quia fumus et nidor sinus et pedum ignem latentem et proserpentem producit: sic pariter adulterium licet secreto commissum latere nequit, quia per colloquia, gestus aliæque indicia erumpat, itaque ingenti infamia adulterum aspergat et maculat. Tertio, R. Levi et Jansenius non erit mundus, Hebraice *יָדוּ נָקִי*, id est insonus, innocens, innoxius, explicant, non erit impudicus. Sic enim hæc phrasia accipitur *Eccli.* xx, 7: « Nec enim habebit insontem (id est, non sine impudicum) Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. » Et alibi sæpe. Unde S. Cyrillus legit, non erit immundus; Septuaginta enim vertunt, *ὁ ἀνομιῶν*, quod primo, veritas, non erit innocens; secundo, non erit indemonis et impudicus: uterque enim vocatur *ἀνομιῶν*. Sic sensus erit, q. d. Sicut qui ignem in sinu, inde sentit noxam, dum vestes ejus inurit, atque qui pedibus premit prunas, ita aduritur: sic pariter, qui adulterium committit, sentit noxam et penam, quia vel a marito aduritur, vel a judice vita mulabatur et occiditur. Imo adulteri olim igne combabantur. Unde *Judas Thamar* quasi adulterare verbo adjudicavit, *Gen.* xxxviii, 24. Scribit Lucianus in *apolog.* *Pro mercede conductis*, Salethum Crotonensem principem legem tulisse, ut adulteri viri cremarentur. Atque cum ipse fratris uxorem deinde commulchasset, deprehensus atque se excusans dum causam diceret, quod amore captus fuisset, « Voluntarius (ut Lucianus ait) et nihil reluctans in ignem animo magno insulit. » Oplius etiam Macrinus Imperator adulterii reos semper vivos simul incandit juvenis corporibus.

Quarto, Patres passim accipiunt hæc non de ipso adulterio, sed de familiaritate, colloquiis, tactu simplici, conversatione cum feminis et uxoris proximorum. Nam *ingressi ad uxorem proximi* hic non significat eum ea rem habere, sed eum ea colloqui, versari. Unde Syrus vertit, sic qui ingreditur ad uxorem proximi, et ad illum prope sit. Sic Gabriel Archangelus ingressus dicitur ad B. Virginem, cum ei nuntium incarnationis Christi detulit, *Luce.* 1. Salomon enim hic, postquam monuit claudendas esse aures sermonibus atque cantilenis, atque oculos formæ illecebrosæ mulierum, nunc generatim monet omnem eum eis familiaritatem esse cavendam, ac præsertim ne eas adeamus, manusque aut vestes earum tangamus; eo quod, sicut ignis in sinu adurit vestes, sic tactus et conversatio mulieris adurit, suique amore incendit corpus tangentis, ac per corpus quasi per vestem transit ad ipsam animam, illamque fodo concupiscentiæ incendio et tartareo libidinis igne inflammat, denigrat, maculat. Et sicut is, qui pedibus nudis ambulat et calcat carbones accensos, plantas ustulat: sic qui conversatur cum muliere, etiamsi obiter quasi ambulando duntaxat, igne concupiscentiæ affluatur, ac ustulabit pedes, manus, oculos, aures omnesque sensus suos; quin et proserpente hoc igne ustulabit phantasiam, memoriam, ipsamque mentem et voluntatem, ut aliud cogitare, memorare, amare, concupiscere nequeat quam amoris hunc ignem, quo accensus sensim totus concrematur et ardet. Igitur familiaritas mulierum, et leves vel aspectus vel contactus, vel confabulationes et risus, famam conversantis infamia, animam vero etiam rescitentem et non advertentem, vanis et illecebrosis concupiscentiis inquinant, atque ad fornicationem vel adulterium incitant.

Ita hunc locum explicat S. Cyprianus, tract. *De Singulari Clerico*, paulo post initium. Dissuadens enim clericis habitationem et consortia feminarum: « Inerta, inquit, victoria est inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est flammis circumdari, nec ardere; quod Salomon non negat dicens: Quis alligabit in sinu suo ignem, vestimenta autem sui non comburent? Aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburent? Sic qui introvertit ad uxorem proximi sui, non erit immundus: neque omnis qui tangit eam. Credite, queso vos, credite divinæ fidei, quinimo plus quam nostræ: quia omne quidquid pollicetur, non potest fallere, dicente Domino: Facilius est, inquit, cælum et terram præterire, quam de lege enim apicem cadere. » Unde pluribus interjectis concludit: « Amputanda sunt omnia nobis, quæcumque igniferi fomitis sulfurantibus flammis sceleris fornax exaestuantis carnis exaestuat, ne vel tenuis quadam scintilla servata majora confluet incendia. » Sic et S. Augustinus, serm. 230: « Non solum, inquit, ab extra-

nearum familiaritate, sed etiam anellarum nostrarum, vel quarumcumque vicinarum, aut filiarum, aut alumne, aut ancillæ unusquisque familiaritatem, vel secretam colloctionem vitare contendat, quia quanto earum vicinior conditio, tanto facilius ruina est. De familiaritate enim talitudo Salomon nos admonet dicens: Numquid alligabit quis ignem in sinu suo, et vestimenta ejus non ardeant? aut ambulabit quis super prunas, et non comburentur plante ejus? »

S. Chrysostomus, epist. 7 ad *Olympiam*: « Salomon, inquit, qui valde bene noverat quam periculosum esset virum mulieri propinquare, dicebat: Alligabit quis in sinu ignem, et vestimenta non comburent? etc. Hoc est autem quod dicit: Sicut est impossibile conjunctum igni non incendi, ita qui accedit ad mulierem, non potest illud efugere. » S. Basilus, tract. *De Virgine*: « Ac veluti stupa, inquit, si stupam conficerit, ignisque rursus ignem, fumum ex se minime proficit; stupa vero, si ignem odorata fuerit, excitans inflammata succenditur: ita et femineum corpus masculinum tangens non multo labore, nec inflammatione ad concubitum opus habet, sed cum naturali ad se invicem rapiantur ardore, simul ac se contingunt, scintillam voluptatis fumantem intrinsecus sentiunt. Unde scriptum est: Alligabit quisquam ignem, » etc.

Quocirca S. Franciscus Xaverius moneret confessorios ut caverent a feminis: illas enim adiri minor fructu, majori periculo vel famæ, vel continentie, vel utriusque: ex fumo enim flamma. Hinc S. Hieronymus, epist. ad Eustochium *De Custodia Virg.*, hisce Salomonis verbis acriter perstringit agapetas, hoc est feminas, quo quasi spirituales piritibus viris cobabitantibus, amorem castum foris præ se ferentes, sed intus ardentes cupiditate luxurie: « Unde, inquit, in ecclesiæ agapetarum pestis introit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam: unde meretricia univire? eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno teneatur et lectulo; et suspiciosos nos vocant, si aliqui extimemus (ita legunt veteres codices, ab extimo: minus recte ergo Erasmus correxit *extimamus*). Frater sororem virginem deserit, cubilem spernit viri germanum, fratrem quarrit extraneum; et eum in eodem proposito esse se simulent, quarunt alienorum spiritale solatium, ut domi habeant carnale commercium, latiusmodi homines Salomon in Proverbiis spernit, dicens: Alligabit quis in sinu ignem, et vestimenta ejus non comburentur? » Eadem agapetas pari acrimonia insectantur S. Basilus, Nazianzenus, Chrysostomus ceterique Patres. Agapetae græce idem sunt quod latine caræ, dilectæ; uti etiamnum a nonnullis vocitantur, et pari loco, vel pari suspitione et periculo habentur.

Serena, sed vera est sententia S. Bernardi, serm. 63 in *Cant.*: « Cum femina semper esse, et

non cognoscere feminam, nonne plus est quam mortuum suscitare? Quod minus est non potes, et quod majus est, vis ut credam tibi? Vere quoque Coniux: « Omnis amans, amans. »

Moraliter, hinc discere quam cavenda sit conversatio cum muliere: vox enim ejus, oculi, vultus, totumque corpus femina est quasi ignis, inveniunt, colloquuntur, conversantem tartareis libidinis flammis tacite et nescium succedens. Sensim enim hic ignis ab oculis et sensibus ad phantasiam preterit, inde ad cor, mentem et voluntatem proserpit, nec cessat, donec totum hominem inflamet. Hoc est quod ait Job xxxi 32: « Ignis est (libido) usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans gemina. » In quæ verba commentans S. Gregorius: « Quid est, inquit, libido, nisi ignis, et quid de carne et mente exorte virtutes, nisi flores? quid item turpes cogitationes, nisi paleæ? Quis etiam nesciat, quia si in paleis ignis negligenter exstinguitur, quæ parva scintilla omnes paleæ accenduntur? Qui ergo virtutum incrementa non vult exurere, illa debet libidinis ignem exstinguere, ut per teum scintillam nunquam possit ardere. »

Quocirca S. Chrysostomus, epist. 7 ad Olymp., agens de Joseph sollicito ab hera sua, assertit tentationem hanc fuisse pejorem fornacis Babylonia, et haec leonum, in quem conjectus fuit Daniel, et ventre celi, quo sorptus fuit Jonas. « Et sicut, ait, Babylonia fornacem manus illæ Persicæ cum multo studio succedebant, abundantiorum eam ignibus suggerentes, et porrigentes flammæ diversa fomenta: sic tunc misera hæc atque miseranda mulier accendit ignem illa fornacis majorem, unguentis obilita, fucamentis genarum, picturis oculorum, voce contracta, motibus et gressibus dissolutis, mollibus vestimentis, auri circulis et infinitis ejusmodi machinamentis, quasi per magicam quædam turpitudinum volens filicere infantem. » Et post multa igneam tentationis hujus vim representans: « Sed tamen in tantis libidinis constitutus, et tam urbanam feram videns ad semetipsum accedere, omni eum ex parte percutere requirentem, per tactum, per vocem, per oculos, per colores, per sibi, per anrum, per unguenta, per vestimentum, per affectum, per verba, per circumpositum ornamentum, per æcretum, per solitudinem, per hoc quod poterat latere, per divitias, per potentiam, et quæ habeat in eo seum facientia, cum his omnibus quæ supra commemoravi, etatem, servitatem, peregrinationem: victi omne illud incendium. »

S. Nilus, orat. 20 Adversus vitia: « Ad ignem potius ardentem, vit, quam ad mulierem appropinquat. Nam si ad ignem accesseris, dolore affectus resilies: at si femine desiderio incensus fueris, haud ita facile recedes. Est enim mira hujus ignis natura, qui, dum delectat, urit; sed abeunte delectatione, manet livor et plaga. » Hinc eorum, sive masculinum, sive femineum, vo-

catu a Poetis ignis. Ita Virgilius, Ecloga

At nihî sese offert altro meo ignis Amynta.

Ovidius, lib. II Amorum:

At meus ignis aest, verbo peccavimus uno.

Nemesius, IV Eclog.: « Lyceide cunctus Iopas, Ignis erat. » Terentius, Eumch.: « Accede ad ignem hunc (ad meretricem), jam calcescens plus satis. » Apuleius, lib. II: « Discede, miselle, quam procul a me, a foculo discede; nam si te vel modice meus ignis allaverit, ureris intime. »

Dices: Quid remedii contra hunc ignem? Respondet Salomon: Noli ad eum appropinquare, et non afflabit te; fuge ab eo quantum potes, fuge omnem ejus cogitationem, quia hæc illecebrosa esse, ac placendo displicens et displicendo placens, assistit blandiendo ex sensu facit consensum, mentemque sibi subjugat. Quocirca Religiosus ille in Vitis Patr. lib. V, libello 4, de continentia, num. 68, matrem senem per fluvium transiit, prius illam pallio involvit ne eam confingeret, sicque involutam transtulit. Rogatus ab ea, causam dixit: « Quia corpus mulieris ignis est; et ex eo ipso quo te contingebam, veniebat mihi in mente recordatio aliarum feminarum. » Alius ibidem, libello 3 De fornicatione, num. 37, tentatus a meretrice, ut flammam tentationis restingueret, digitum unum, mox secundum et tertium, cæterosque ex ordine in lucernam ardentem immisit, itaque igne lucernæ exstincti ignem concupiscentiæ.

Memorable est quod de S. Francisco scribit L. Waddingus in Annot. Minor. anno Domini 1322: Bari in Apulia, inquit, Fridericus II Imperator meretricem submisit, quæ tentare castitatem S. Francisci. At ille lectum ignem ei proposuit, in eoque decumbens meretricem ad seum decumbendum invitans, illam in fugam conjecit, idque per rimam spectans vidensque imperator, exclamavit: « Surge, vir Dei, quia Deus lectum est; nam, ut video, nec odor ignis est in te, nec vis incendii tibi molestie quidquam intulit. Tuum est Deo gratias agere, qui virtutem dedit ut non timeres a timore nocturno, nec Veneris aut igni flammam sentires. » Idem alia vice eundem tentationis ignem frigore nivis, eam in gelida hieme amplexandum, restinguit, perinde ac in Vita S. Malachie, de rege Mumonia, ejus discipulo, scribit S. Bernardus: « Quotidianum, inquit, aquæ frigida balneo, male calentem exstinguebat in carne libidinem. »

Similis fuit tentatio, similisque per ignis contactum victoria alterius, qui proinde demonis victi quasi victori acclamarunt: « Vicisti, vicisti, quia in igne fuisti, et non arsisit, » ut alibi fusiis enarravi. Sane qui ignem mulierum vit, vincit ignem tororum, dicitur eum S. Laurentio in craticula ustulato: « Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. » Quod enim S. Lau-

rentius ignem Valeriani vicerit, id heroicis ejus virtutibus, ac præcipue angelicis ejus castitati, quæ ignem concupiscentiæ vicerat, tribuendum est: perinde ac quod trium puerorum corpora in fornace Babylonia manserint illæsa, virginitati eorum attribuit Damascenus, lib. IV De Fide, cap. xxv. Vide historiam Daniel. iii, 50, ubi plura hæc de ro dixi.

Mystice, mulier est heresis et concupiscentia; quare si libros hereticorum vel obscenos videas et legas, sensim sine sensu ad heresim et obscenitatem incitaris. Quare merito Patres Concilii Tridentini utrosque sub gravibus penis vetuerunt, et Vuleano mancipandos censuerunt. Igitur insipienter et perperam faciunt, qui ob elegantiam styli et phrasin eos legunt: nam pro exili vanoque fructu longe majora damna, ignesque præsentis et æternos sibi accersunt. Non desunt alii probi castique, qui elegantiam cum honestate, imo pietate, doceant; ut quid ergo eam a cenosis et venenatis auctoribus, cum tanto conscientie periculo haurire malunt?

Rursum antea Cæcilia Græcor.: « Mulier nupta, inquit, mystice est malitia, cui vir est diabolus, qui una cum illa generat iniquitatis filios. Qui cumque tegerit illam, inquinabitur: hoc est, quicumque colloquitur illis fretis, aut familiaritate ejusdem usus fuerit, esto quod pravum opus atinet, mundus evadat, intra se tamen inquinabitur. » Denique S. Cyrillus, Catechesi 2, per ignem hic proprie accipit peccatum. « Urit enim, inquit, peccatum nervos animæ, et conterit ossa mentis spiritalia, et lumen cordis obtenebrat. » Porro ipse sic legit: « Involvat quis ignem in sinu, et vestes ejus non urantur? »

30. NON GRANDIS EST CULPA, CUM QUIS FURATUS FUERIT: FURATUR ENIM UT ESURIENTEM IMPLEAT ANIMAM. — Compositi et anteponit adulterium furto in noxa et scelere. Dices: Furtum rei notabilis est peccatum mortiferum, et, ut quidam ait, furtum est panis diaboli: quomodo ergo hic dicitur « non grandis » esse « culpa? » Respondet S. Chrysostomus, hom. 10 ad Popul., sensum Salomonis esse, q. d. « Gravis quidem res etiam fur, sed non tam gravis quam adulter. Ille enim, etsi frigidam causam habet, tamen ex pauperie necessitate pretendere potest; hic vero, nulla ipsam cogente necessitate, præ dementia sola in peccati voragine corrui. Hoc et de jurantibus dicere licet: nec enim isti illum habent quem præmittant pretextum, sed contemptum solum. » Eadem fusiis habet scribens in Psal. xlix, ad illud: « Si videbas furem, curreas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. » S. Thomas vero, II II, Quæst. LXVI, art. 5, ad 1: « Furtum, inquit, dicitur non esse grandis culpa duplici ratione. Primo quidem, propter necessitatem inducentem ad furandum, quæ diminuit, vel totaliter tollit culpam, ut patet art. 7: furatur enim ut esurientem impleat animam. Secundo, per com-

parationem adulteri, quod punitur morte. Unde subditur de fure, quod deprehensus reddet septuplum; qui autem adulter est, perdit animam suam. » Hebreus, Symmachus et Aquila habent, non spernent furem cum furatus fuerit, ad implendam animam suam cum esurierit; Chaldæus, non vitio vertitur furi, etc. Vatablus, non reputant probro furi; Syrus, non mirus est, q. d. Minus probrum est furari quam adulterari. Noster causam probri et infamiae assignavit, vertens, non grandis est culpa; ex culpa enim nascitur infamia et probrum (1).

31. DEPREHENSUS QUOQUE REDDET SEPTUPLUM, ET OMNEM SUBSTANTIAM DOMUS SUÆ TRADET. — Quia scilicet fur tenens fortunæ et substantiæ esse solet. Quare si rem magni pretii furatus sit, cogaturque reddere septuplum, omnem substantiam suam restitutione impendat; imo si ea non sufficiat, impendat se ipsum, juxta legem Leviticæ xxi, 3: « Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. » Sed quod jure « reddat septuplum? » Nam jure divino Judæis sanctior, Leviticæ xxi, 1, ut qui furatus est ovem, reddat quatuor; qui vero bovem, reddat quinque boves; non autem septem. Respondet Hugo forte apud alias nonnullas gentes furi indicant multam in septuplum. Verum hoc est conjectare: hucusque non legi ullas gentes id fecisse. Quare planius et certius Jansenius et alii sic explicant: « Reddet septuplum, » id est, reddet multuplum, puta quadruplum, vel quintuplum, q. d. Cogatur abunde et copiose restituere, ac sarcire damnum quod furando intulit. Sic dicitur Job v, 19: « In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. » Est Poeticus hebraismus, q. d. Licet septies, id est pluries et omnimode, in tribulationes incidas, semper Deus ex iis eruet te. Sic « septupla, » id est multiplex, « ultio datur de Cain, » Genes. iv, 24. Sic dicitur Eccl. vii, 3: « Non sermone mala in sulcis injustitie, et non metes ea in septuplum, » id est multipliciter. Similia sunt Levit. xxvi, 28; Jerem. xv, 9; Amos i, 3; Proverbi cap. xxx, 18 et alibi.

Aliiter respondent Aben-Ezra et Vatablus; Sapientem loqui copulatim: copulasse enim duas taxas duobus casibus furi præscriptis. Nam Leviticæ xxi, 1 et 4, prescribitur ut, si furtum inventum in manu furis, reddat duplum; si vendiderit vel occiderit, reddat quintuplum: copia duplum et quintuplum, habebis septuplum.

Sensus est, q. d. Fur dampnum quod domino intulit abunde resarcit; adulter autem non potest restituere marito injuriam et noxam, quam illi uxorem ejus violando intulit. Ergo adulterium

(1) Rectius, ut opinor, hodierni vertunt, non dampnarent furem, id est, non impunis dimittitur fur, cum furatus sit septuplum tantum suam, id est famam, quod essurit. — Vex. 31. Et, sed deprehensus, etc. « 113, » ait Schultens, affert hic stipendium contempnionemque illam quæ quid negligitur, ac tanquam ideo spernitur. »

gravius et nocentius est furto, cum huius damnum sit reparabile, illius irreparabile, nec nisi sanguine adulteri expiabile. Unde Septuaginta vertunt, *si autem depravatus (fur), reddet septuaginta, et omnem substantiam domus suae dans liberabit seipsum.*

32. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. — Hebraice, *adulter est deficiens corde; corrumpens animam suam, ipse faciet illud; Chaldaice, qui querit perdere animam suam, ipse facit illud; Septuaginta, machus propter inopiam mentium perditionem animae suae acquirit; Tigurina, qui adulterium committit cum muliere, excors est, et qui hoc facit, animam suam perdit. Senex est, q. d. Fur furando perdit opes suas: at adulter adulterando perdit mentem, item animam suam. Ergo adulterium deterius est furto. Per animam, primo, intellige vitam: adulter enim iure gentium omnium morte mulcetur, ut ostendi Genes. xxxviii. 24; secundo, salutem animae: hanc enim prodigit adulter, animamque devovet diabolo et gehenna.*

Quaerens, quoniam sit «inopia cordis» adulteri, qua perdit animam suam? Respondeo primo, aliqui per inopiam mentis accipiunt concupiscentiam libidinis: haec enim mente et ratione destituitur, solumque irrationalis et bruta voluptatis aestro agit, acque adulterium in scelus et exitium: sicut enim venter non habet aures, sic concupiscentia non habet mentem; imo mentem non audit, sed ea quae suggerit libido.

Secundo, «inopia mentis» est inopia animi, puta mollietas, imbecillitas et infirmitas roboris et virium mentis. Adulter enim constantia et robore animi destituitur; sicutque se molliiter et effeminata capi, duciique ab adultera quasi bos ad victimam. De quo plura cap. seg.

Tertio, «inopia mentis» est inopia iudicii, quia libido iudicium evertit, hominemque dementat, ut videatur esse demens et insanus, imo delira et insana faciat per amorem sine pellicis et adulterae, uti experientia saepe fieri videmus. Amens ergo est amens. Unde Chaldaeus verit, *indiget intellectu.*

Quarto, «inopia mentis» est inopia rationis; adulterium enim ratione hominem privat, eumque efficit brutum, imo pejorem bruto. Multa enim bruta furantur alimenta sua, at alienam feminam non invadunt, sed castum cum consorte colunt connubium, uti faciunt cervi, elephantes, leones, turtures, columbae, etc. Illic ergo peior est adulter violans iura et sanctitatem conjugii, quae iam in lege nova longe maior est, utpote evecta ad dignitatem Sacramenti: conjugium enim est summum legis novae Sacramentum, ideoque prorsus insolubile, sanctum et inviolabile.

Ex adverso venenata animalia cum alienis commiscuntur, ut vipera, quae exitialis est, cum muræna congregitur, sed ita ut prius venenum evomat, inquit S. Basilius, hom. 7 Hexam. Adulter

ergo vipera sunt, imo viperis peiores: quia venenum adulteri retinet. Audi S. Ambrosium, lib. V Hexam. cap. vii: «Jussit Deus ambos (Adam et Evam) esse in uno corpore et in uno spiritu; quod unum separas corpus, unum dividis spiritum, naturæ adulterium est. Sed hoc docet muræna et vipera non iure generis, sed ardore libidinis, expellit amplexus. Discite, o viri, qui alienam permolere querit uxorem, cuius serpenti sibi adsciscere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ipse serpenti sit.»

Propria adultero eaque insignis mentis inopia et insipientia est, quod, cum possit eandem, imo majorem voluptatem haurire ex muliere soluta, v. g. ex meretricibus formosissimam sibi diligere, ubi minor est culpa, minor infamia, minus periculum, imo omnis apud homines impunita, ipse amore cæcus malit conjugatam, ubi longe major est culpa et infamia, et certum periculum, ut vel a marito, vel a cognatis, vel a iudice apprehendatur et capite plectatur. Et hanc significat Salomon, dum subdit: «Quia zelus et furor viri non parcat in die vindictæ.» Quae ergo tua, o adulter, est phrenesis et vesania, ut sine necessitate, sine causa, ex mera libidine te in hanc discrimina conjicias? In perpetuo versaris sibi dixitque, suspitione, ne res emanet, ne maritus resipiscat, ut ad iudicium deferas. Illi metus et angores animum tuam in adulterio voluptatem diluunt, imo suffocant et extinguunt.

Audi S. Chrysostomum, hom. 3 De Verbis Isaiae,

hanc adulteri inopiam mentis cilantem et explicitentem: «Nam quae potest esse voluptas, ubi metus, ubi discrimen, ubi periculum, ubi tantorum malorum expectatio, ubi tribunal, ubi accusationes, ubi iudicis ira, ubi ruina, ubi gladius et carnifex, ubi barathrum ac deportatio? quia potius, si volles, tollantur haec omnia. Ponemus nulli notum esse flagitium praeterquam ipsi viro et mulieri quam adulteravit. Quomodo feret conscientiam redarguentem, acerbum et amarulentam accusationem ubique secum ferens? Quomodo enim seipsum nemo potest fugere, illa nec illam ejus curiae sententiam; hoc enim tribunal non pecunia corrumpitur, non adulationibus acquiescit, eo quod divinum est, et a Deo nostris impositum mentibus. Vere adulter per inopiam sensus exitium suae ipsius anime concidit.» Sed, ut ait vir sapiens: «Furibunda luxuria oculis non habet, ideoque casum et barathrum, in quod ruit, nequit intueri.» Haec de causa S. Basilius, epist. 3 canonica ad Amphitochum, inter canones penitentiales, can. 18, adulteris duplam, fornicatoribus simplam penitentiam iungit. «Qui adulteravit, ait, in quindecim annis Sacramentis non communicaverit. In his autem quindecim annis sic quoque dispensabitur. Quatuor annis erit defensus (stans extra fores Ecclesiae, confitens scelus suum, et fideles ingredientiæ rogant ut pro se deprecentur, ut ait can. 86), quinque

audiens (lectiones sacras et conciones), quatuor substratus, in duobus consistens sine communionem. Fornicator septem annis non communicabit, duobus defensus, et in duobus audiens, et in uno solo consistens, octavo autem ad communionem admittetur.»

33. Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non debetur. — Verba sunt clara. Clarum enim est adulterum apud omnes gentes esse infamem; haberique quasi probrum et pestem reipublicae. Unde aliae adulteros mutilant auribus, aliae naribus, aliae verendis, aliae publico ludibrio eos exponunt, ac tandem capite mactant. Esto enim culpa adulterii per penitentiam adultero condonetur a Deo, manet tamen apud homines memoria et infamia perpetrati sceleris, ac quamdiu durat memoria, durat et infamia: quin et si quos ex adulterio liberos suscipiat, illi ipsi etiam post mortem exstabant ad ignominiam monumenta, ait S. Chrysostomus, hom. De Carnis concupiscentia.

Perperam ergo ex hoc loco Tertullianus, lib. I De Pudicitia, cap. xviii, contendit probare, ex eo quod hic dicitur: «Opprobrium non delobitur,» culpam adulteri esse indelebilem et irremissibilem. Aliud enim est culpa, aliud opprobrium, uti iam dixi. Adde non raro per penitentiam insignem deleta culpa deleri et infamiam, uti contigit Davidi. Sed et audi Tertullianum: «Nam et in Proverbiis Salomon specialiter de mocho inexpressibili: Moechus autem, ait, per indulgentiam sensuum perditionem animae suae acquirit, dolores et dehonestationes sustinet. Ignominia autem ejus non abolebitur in ævum. Plena enim zeli indignatio viri non parcat in die iudicii.» Verum quid moechia sit inexpressibilis, id est irremissibilis, iam est exploratus error. Nimirum Tertullianus, nimio pudicitiae amore in haeresin lapsus, librum De Pudicitia contra Psychicos, id est animales Catholicos, scripsit pro haeresi Montani, de non recipiendis penitentibus, saltem moechis et fornicatoribus, maxime cum cultum continentium teneant moechia et fornicatio, uti ipse initio libri profitetur. Unde et cap. v moechiam idololatriæ et homicidio comparat, et quasi aequiparat. Sed, ut dixi, ipse tui nimius fuit castitatis amator, ita nimis fuit adulteri osor, nimisque illud elevat et aggravat.

Pro turpitudinem hebraice est *וְיָנֵגָהּ*, id est *plagam*. Septuaginta, *dolores et ignominias sustinet*: Chaldaeus, *plaga et ignominia accedet ei*; Symmachus, *plagam et contumeliam inveniet*; Syrus, *ipse factus ut ad eum accedat calamitas, et ipsum deprehendat, et ignominia non recedat*. Per *plagam* ergo primo, cum Nostro et Syro accipe sceleris publicationem, infamiam et ignominiam. Secundo, cum Septuaginta accipe dolores, tum corporis quos parit luxuria, item verberationes, fustigationes, aliasque penas eidem a iudice intelligendas, tum cruciatus et angores mentis et con-

scientiae, quos graphice depingit S. Chrysostomus, hom. I De Lazaro: «Etenim, ait, qui adulterium committit, etiamsi milies fuerit dives, etiamsi nullum habeat accusatorem, non desinit tamen seipsum accusare; et voluptas quidem temporaria est, dolor vero perpetuus, tumor namque tremor, suspicio et anxietas: angulos metui, umbras ipsa formidat, suos ipsius famulos concios, invidios, illam ipsum quom corrupti, et virum quem afficit contumelia; obambulat amarum accusatorem circumferens conscientiam, cum sit suo ipsius iudicio condemnatus, nec vel ad breve tempus possit respirare. Nam et in lecto, et in mensa, et in foro, et in domo, et inter diu, et noctu, et in ipsius frequentis somnis haec iniquitatis simulacra vidit, ipsiusque Cain vitam agit gemens ac tremens super terram; cum nemo sciat, intus tamen habet ignem implicitum.»

Porro quia fornicationis et moechie sit turpitudinis et ignominia, apta similitudine explicat Isidorus Clarus, orat. 35, tomo I: «Si quis virginem, ait, contemneret, ut animalibus ratione carentibus permiseretur, deinde illa permissione delectaretur; nonne? Hanc causam maxime lacrymis esse dignam, quod ab hoc morbo liberari non possit, ex eo quod non morbum quidem esse intelligeret? Hoc prorsus est manifestum. Quod si illud res molestissima est, hoc nihil est infertius. Nam a domesticis contumelia afflicti miserabilis est, quam ab alienis, flos homicidii quod deteriores iudicio: nam mori praestat quam ita ignominiose vivere. Homicida enim a corpore animam divellit: hic vero animam simul cum corpore perdit, et quodcumque peccatum dixeris, nihil huic sceleris aequale reperies. Si enim de scortatione disserens Paulus dixit: «Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem scortatur, in proprium corpus peccat. Quid de hac insaniam foreque dicamus, qui tanto scortatione deterior est, quantum ne dici quidem potest? Neque enim solum dicendum est quod qui haec patitur sit mulier, sed quod perdit etiam esse virum, et neque in alteram mutatus est naturam, et quam habet non servavit; sed communis utriusque proditor effectus est, dignusque qui a viris et mulieribus expellatur, ut qui utrumque genus affecerit injuria. Atque ut dicas quantum hoc sit: si quis accedens polliceretur efficeret ut canis evaderet, nonne tui corptorem illum cavere? Tu vero ipse te ex homine non canem fecisti, sed rem multo ignominiosorem. Nam canis res usui apta est, hic vero nulli rei utilis.» Audi et Plinium, lib. VIII, cap. xxvii: «Panthera sic avida est excrementorum hominis, ut, si in vase suspensentur alius quam ut possit attingere, enecat sese defatigati prorectu corporis; ita non nullus quod est foedissimum, id dulcissimum est. Cogita quam horridum sit tangere leprosos, putridos, moribundos, sanie et tabe fluentes: idemque attribue meretrici; ipsa enim sordibus et fetori-

bus plenior est, quam sit leprosus et moribundus.

Igitur adulter, qui in foedis libidibus voluttatur, simul est porcus, qui luto et cœnoscis equis pasceatur; porcus enim est spurcus, et ipsa quasi spurcitas. Habet hinc de re insignem apologum porci et felis Cyprius lib. IV *Apolog. moral.* cap. 1: « Stabat, ait, felis in splendido prato lingua sua pellem lingens, ut adherentem ei pulverem expiaret. E contra vero porcus in vicino cœno fetido sese volatans, eum turpissima jactatione iustusmodi sordidabat, dicens: O quam amenissimus mihi lectus, et stratus dulcissimus hies! o quam suave balneum carni mee! quam dulcis hæc aqua refrigerii! quam nobilis hæc stilla roris transcendens Libani latices, Damasci fontes, et Paormitana balnea sospitate! » At cattus, hæc audiens, indignans dixit: « Quid est hoc tibi jaces? Tum ille respondit: Lutum et cœnum. Tunc cattus, increpando, adjunxit: Merito es porcus, quia delectaris in fetidissimis, impinguaris in sordidissimis, et lætaris in rebus pessimis. Cui porcus impatiens dixit: Vade, judica muris istis; quid mihi et tibi? At ille: Reete, ut v. Salomon dixit (Prov. cap. ix, 8): Noli arguere deisorem, ne odarit te. Attamen pestilentii muri iudex auctoritate naturæ sum constitutus, et tibi immundo, si percipis, ab eadem natura in moribus corrector sum prefectus. Te namque lingendo lingua, vitare sordes doceo, si attendis; atque illum iudico, cum in malefocis eum judicialis unguis comprehendit. »

Beinde castitatem comparans celo, anime, floribus et gemmis, ejus pulchritudinem ostendit: « Vide quam cara sit Deo gratæque mundicia, tam anime, quam nature. Ille enim cœlum in sempiternum sibi paravit mundissimum, et replevit clarissima luce mundum: animam de candidato semine generat, et de puro sanguine membrum cibati. Mira quidem rutilantia flores germinant, ac splendenti pluma, squama et pellicula carnes ornat, natura quoque pretiosissimas gemmas gignit purissimas, et metalla puritate splendentia parit, et condit suo diverso modo digesta. Et quid ergo in immunditiis delectaris? Nescis quod expulsa virtute dissoluta, retentis foeditatibus, caro perit. Ideo si vitam tantum diligis, sordes fuge, et ad purgativum lavacrum mox accende; quo dicto requievit. »

34. **QUIA ZELUS ET FUROR VIRI NON PARCET IN DIE VINDICTÆ.** — Septuaginta, *plenus enim zeli furor viri ejus non parcat in die judicii.* Apud Judæos enim maritus per se adulterum occidere non poterat, sed debebat eam accusare apud iudicem, a quo condemnabatur ad lapidationem. Apud alias tamen gentes, quin et apud Romanos, jure Cæsareo permittitur marito impune occidere adulterum, in adulterio cum sua uxore deprehensum; hoc enim conceditur justo ejus dolori, qui tantus est, ut maritum agat in zelum et furor, qui vix retineri possit, quin manus in verbera et ca-

dem erumpant. Unde Chaldaeus vertit, *quia zelus est ira viri; Vatablus, maritus enim zelotypia impatiens accensus, cum ei vindicandi occasio offertur, non parcat (1).* Impune deo apud homines, non apud Deum. Apud Deum enim occidens adulterum privata auctoritate, homicidii reus est.

35. **NEC ACQUIESCET CLAUDIUM PREGRES, NEC SUSCIPIT PRO REDEMPTIONE DONA FLORAM.** — quia injuria tibi maxima est, nec ullis donis compensari potest, ideoque maritum qui lesus est, facit implacibilem et inexorabilem. Loquitur de eo quod fit ut plurimum. Mariti enim quidam adeo viles sunt, ut ob pecuniam noxam adultero condonent; alii adeo modesti et pii, ut et injuriam remittant. Hinc colligendum relinquit: si maritus adeo vilescitur adulterium, quomodo illud vilescit? Quocirca ipsum nullis legis veteris hostiis poterat expiari; unde nec ulla ad ejus expiationem in Levitico fuere prescripta. Hebraice est, *non suscipiet facies omnis* כֹּפֶר עֹפֶר, id est propitiationis, vel expiationis aut satisfactionis, et *non vult, cum multiplicaveris manus; Septuaginta, non committabit ulla redemptione inimicitiam, neque desolabit multis denis; Aquila, manerunt oblatione; Theodotion, non accipiet personam ullius satisfactionis; Vatablus, ultius interessoris; Pagninus, non accipiet personam omnis pretii, etc.* Nam, ut ait S. Hieronymus in cap. vi *Amos*: « Libertus audit maritus uxorem interfici, quam polluit. »

Similis et reciprocos est zelus uxorum in maritis, fidem sibi datam per adulterium violantes. Ille enim implacibilis rugiunt, et severius sicut læneæ raptis catulis, ac sæpe maritos obruncant. Ita scribit Cicero, lib. II *Offic.* Alexandrum Phæreum a Thebe uxore interfectum propter pellicatus suspicionem. Et Justinus, lib. XXVI, narrat Demetrium Antonii regis filium jussu Arsinoe uxoris interemptum, quod cum Berenice socru stupri consuetudinem haberet. Alter Demetrius cognomento Nicobar a Cleopatra uxore occisus est, ob zelum Rhodogunæ Pharaonis regis sororis, ut tradit Appianus in *Syriaco*. Clytemnestra, audiens Agamemnonem maritum deperire Chryseidem, et se adulterio cum Egisto polluit, et maritum ipsum morte malefavit. Sed instar mulorum sit, quod scribit Apollonius Rhodius, lib. I *Argonauticam*, Lemnias mulieres zelotypia incensas, quod mariti captivas quasdam feminas adamarent, maritos suos omnes et præterea universum genus masculinum obruncasse. Denique Seneca in *Medea* ita canit:

Nulla vis flamma tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torci,
Quæta cum conjux viduata velis
Ardet et odii.

(1) Proprie ex hebr. nam zelotypia est ira ardens viri, id est, nam alieni amoris stimuli iracundiam inflammant mariti.

Pura concessit Tiraquellus in leg. 13 *Connubial.* num. 28 et seq.

Mystice, adulterium est hæresis, et quodvis peccatum mortiferum; per hoc enim anima Deo desponsa, eo spreto, adulteratur cum carne, mundo et demone; unde peccator dolore et ignominiam sibi congregat, et opprobrium illius non debetur, quia zelus et furor viri, puta Dei, non parcat in die vindictæ, id est in die mortis et judicii. Ita Beda: « Dominus, ait, qui nunc parcat reprobis, non parcat in die mortis, nec acquiescet precibus sero clamantium ad se, nec dona, quorum non est ibi tempus vel facultas, suscipiet;

zelatur enim si quis sponsam suam, id est Ecclesiam, sive animam quamque fidelem, corrumpere præsumit. » Et S. Hieronymus (loquens de die judicii) epist. ad *Heliodorum*: « Tunc, ait, ad vocem tubæ pavebit terra cum populis; tu gaudabis. Judicaturus Dominus lugubre cyndrum immugiet, et tribus ad tribum peccata forient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitant. Adduceatur cum suis stultus Plato discipulus; Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus et pauper exultabis, et dices: Ecce judex qui involutus pannis in præsepio vagiit, » et *Marta* in hanc rem dixi *Josias* ii, vers. 31.

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Et ea, quæ de meretrice et fornicatione dixit, magis confirmat et illustrat, producit in scenam meretricem, sive mæcham, suis verborum et fuerum lenociniis juvenem illicitam et seducentem; ac deinde, vers. 22, ejus insipientiam ostendit, quod ad victimam, laqueum animæque exitium ducatur.

1. Fili mi, custodi sermones meos, et præcepta mea reconde tibi. 2. Fili, serva mandata mea, et vives: et legem meam quasi pupillam oculi tui: 3. Iga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. 4. Dic sapientie: Soror mea es; et prudentiam voca amicum tuam, 5. ut custodiat te a muliere extranea, et ab aliena, quæ verba sua dulcè facit. 6. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, 7. et video parvulos, considero veocordem juvenem, 8. qui transit per plateam juxta angulum, et prope viam domus illius, graditur, 9. in obscuro, advesperascente die, in noctis tenebris, et caligine. 10. Et ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula et vaga, 11. quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis: 12. nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians. 13. Apprehensumque deosculatur juvenem, et prociac vultu blanditur, dicens: 14. Victimam pro salute vovi, hodie reddidi vota mea. 15. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et reperi. 16. Intexti funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto; 17. aspersi cubile meum myrrha, et aloë, et cinnamomo. 18. Veni, inebriemur uberibus, et fruamur cupitis amplexibus, donec illescescat dies: 19. non est enim vir in domo sua, abijt via longissima; 20. sacculum pecunie secum tulit: in die plenæ lunæ reversurus est in domum suam. 21. Irretivit enim multis sermonibus, et blanditiis laborum protraxit illum. 22. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, et quasi agnus lasciviens, et ignorans quod ad vincula stultus trahatur, 23. donec transfigat sagitta jecur ejus: velut si avis festinet ad laqueum, et nescit, quod de periculo animæ illius agitur. 24. Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei. 25. Ne abstrahatur in viis illius mens tua: neque decipiari semitis ejus. 26. Multos enim vulneratos dejecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. 27. Via: inferi domus ejus, pent rantes in interiora mortis.

PRIMA PARS CAPITIS.

Multa ex his jam cap. præcedent. explicata sunt, alia castis auribus minus grata: quare omnia paucis expediam.

1. FILI MI, CUSTODI SERMONES MEOS, ET PRÆCEPTA MEA RECONDE TIBI, — velut thesaurum pretiosum, qui vitam animamque tibi servabit; « reconde, »